impudenter evulgatæ à Fratre Antonio de Matre Dei, seu Oliveira Carmelitano Discalceato, et à Fratre Ioanne à S.to Thoma Dominicano, et Fratre Francisco Felice Minorita in Matritensi Scientiæ Dei, et a Vincentio Leni Iansenii fautore, et à Fratre Ioanne Martinez de Prado Dominicano, et ab auth. quæstionis historicæ et Guillermo Gibieuf Iansenii antecessore, et à Fratre Iacinto Coquetio Dominicano et viro bono, et à Fratre Reginaldo etiam Dominicano, ut istæ fabellæ, inquam, ab his confictæ credantur, silesius, quas Serrianus suas historias, quas veras appellauit, adimpleuit. Cui à voluerit uberiorem facti notitiam acquirere, videat P.es Leonardum Lerlogium, P.em Ioannem Martinez de Ripalda, Patrem Franciscum Annatum, P.em Gabrielem Henao, et quosdam anonimos annexos ipsi Societati Iesu, qui plene, et plane, ostentata rei veritate, has omnes fabulas, et plura sacrilega mendacia

Compescunt, et castigant.

Quibus de historia facti præmissis, accedo ad præsentis scholasticæ Disputationis, quæ inter prædictas Religiones, diu Romæ disputata fuit coram Sanctissimo ab utriusque familiæ Doctoribus principijs locum obtinet: an sit auxilium aliquo quo Deus præuenit liberum meæ voluntatis consensum salutarem ita sit intrinsece efficax, vt ex sola sua entitate, seorsum ab isto consensu, et à quouis alio extrinseco, inferat consensum; et cum illo dissentire repugnet, dissensus proximus impossibile sit.

Alijs verbis idem exponitur: an efficacia auxilij præuenientis, vt distinguitur à sufficientia auxilij præuenientis, sit essentialis, et intrinseca entitati ipsius auxilij; ita ut entitas auxilij efficacis, cum quo Voluntas pie operatur, sit essentialiter diuersa ab entitate auxilij sufficientis, cum quo Voluntas non operatur. Et consequenter entitates auxiliorum differant interse intrinsece, quod entitas auxilij efficacis independenter à quouis alio dicto

intrinsece connexa cum consensu, et intrinsece incompossibilis cum negatione consensus, sicut cum dissensu entitas vero auxilii sufficientis non intrinsece connexa cum consensu, neque incompossibilis cum dissensu. Hic est cardo, in quo versatur praesens controversia.

Unde convenit, quod scopus praesentis controversiae non sit, an efficacia auxilii possit componi cum negatione consensus. Ratio est, quia auxilium efficax qua efficax, et praeter sufficiente dictum apud omnes theologos dicitur connexum cum consensu, et incompossibile cum dissensu: et tamen apud ipsos dubitatur: an auxilium efficax sit intrinsece, et ratione sua entitatis efficax, dicaturque ex ratione sua entitatis connexum cum consensu, et incompossibile cum dissensu: quod dubium an sit affirmative, vel negative decernendum sit, venit in praesenti examinandum.

Praeterea rogamus: an entitas auxilii efficacis praevenientis sit intrinsece incompossibilis cum dissensu: non vero an sit intrinsece incompossibilis cum potentia dissentiendi. Nam haec duo ita diversa sunt, ut possit forma incompossibilis cum forma actuali, quin sit incompossibilis cum potentia ad illam; quia cursus actualis est incompossibilis cum quieta sessione, et nihilominus non est incompossibilis cum potentia sedendi; an vero sit legitima consequentia ex incompossibilitate auxilii praevenientis cum actuali dissensu, ad incompossibilitatem ipsius cum potentia dissentiendi, est difficultas, quae de cursu disputationis examinabitur: in praesenti vero difficultas est: an entitas auxilii efficacis ex sua intrinseca praecise considerata, et ante consensum nostrae voluntatis, repugnet coniungi cum actuali dissensu. Sectio 2.a Scopum praesentis controversiae male exponi ab aliis demonstratur.

Sectio III.a

Scopum praesentis controversiae male exponi ab aliis Demonstratur.

Unde colligo 1.o inique imponi P. Molinae, et nostris theologis in apologia ad Car-

tinalis ostenderunt divini minus nominis. S. C. C. Prelatorum Conciliorum
Augusti [illegible] 2a et 4a, quod asserebant, nullum dari auxilium efficax,
quod sit efficax, ut venit a Deo, hoc effectrix, cum efficacia ad conver-
tendum peccatorem in Deum; et sic dici efficax ab effectu, quem nunc arbi-
trium pro manifestatione bene agerat, qui est error de Pelagiano
[illegible] [illegible] Sociei in [illegible] [illegible]. Deinde Molina
et [illegible] est nunquam negarunt auxilium efficax, quod sit speciale Dei
beneficium; et sic insinuabant, et Magister Bañez eteius asseclis
auxilium, quod in intrinseca sua entitate physica, et antea ad nostram ope-
rationem sua conditionate prima sit efficax, ut manifestum fit legenti Concordia
Domini Molinae, et acta Congregationum Romae habitarum.

Idipsum vero ad eun-
dem ostenditur ex actis in 3a Congregatione; in ea enim sequentes
octo theses, scripto consignatae sunt, in quibus [illegible] Patres Dominicani,
quas D.D. Societatis conveniebant. 1a, datur auxilium proveniens ex effi-
cacia, per quod Deus facit, ut homo convertatur, et ipse operetur. 2a,
hoc auxilium est donum peculiare Dei distinctum a sufficiente. 3a. Hoc
donum est intrinsecum [illegible] interius, quo voluntas consistens in [illegible] ex-
citatione, ac inspiratione in illuminatione intellectus, ac in motione voluntatis.
4a. est supernale, internum, atque immissum a Deo. 5a. non sic retinet
auxilium ex [illegible], [illegible], et etiam ex [illegible] post. 6a. Convenimus praeterea hoc esse
motionem realem, et antecedentem applicationem voluntatis moventem, et inclinantem
ad aliquem actum determinatum. 7a. posito auxilio praeveniente efficaci infallibiter
non convertitur. 8a. Motio ex efficacia est effectivo bonae voluntatis,
ac proinde ab eadem voluntate realiter distincta. Unde manifeste in-
fertur nostros theologos, qui in his 8o thesibus semper prae oculis habendas conven-
iebant, nunquam negare auxilium efficax, quod tale sit in actu 1o, et utrum
sic conveniat; ac contra quod sit supernale beneficium speciale Dei
distinctum a sufficiente.

Colligo 2° Magistrum Al-
barez lib° 4 responsionum cap. te 6°, nº 5, ut his praesentibus quae-
cumque articulis obscuritatum rebus confunderet alia, quae ad
hanc controversiam non attinent, grate ex industria obtrudere qua-
liter, aut, an infusione [illegible] non illigata conservet arbitrium
libertatem capite 2° exploratum est: si 2° conuenerint, (ut socie-
tatis theologi) novimus liberum determinatio arbitrii sub ea etiam ratione generali, qua
effective procedit ab arbitrio et in genere causae verae efficientis et operationis
Spiritus Sancti, qui per adiutorium gratiae facit, ut faciamus, et in nobis absque
nobis, ut operemur, operatur, nihil de adiutorio gratiae Dei inter
nos contra nos relinquet, ut in lib° de gratia Christi contra Pelagium et Ce-
lestium dicit Aug. Codex nostro [illegible] aperit capite 1° nº 8°, contendunt
(ut Doctores societatis) ipsum Deum per auxilium efficax praevenientis
gratiae non esse causam efficientem vera efficientia physica, quo liberum arbi-
trium se determinat, sed solum efficientia morali, suadendo, et [illegible] hac-
tenus Albarez.

Quis non videat Magistrum Albarez [illegible] dicen-
[illegible] nos [illegible] non renuimus concedere gratiam praevenientem Dei esse
tam moralem, tam physicam efficientem vera et physica efficientia, quae facit, ut fa-
ciamus, et se determinet voluntas ad agendum, et nos determinat, etiam ut
praevenientem effective a libero nostro arbitrio, referendam esse in genere
praevenientem Dei, non tantum ut in genere morali, sed etiam ut in genere physico efficien-
tem vera efficientia physica. Tenent plerique societatis doctores, arbitrium
[illegible] defendunt gratiam praevenientem, non solum moraliter, sed etiam
physice efficere determinationem, et operationem nostri liberi arbitrii. Unde praeve-
niens, ut est causa moralis nostrae determinationis ratione concursus moralis, per
suasionem, exhortationem, et[c]., ita etiam efficiens physica [illegible] ratione concur-
sus effectivi physici. Ita docent expresse P. Molina in concor-
dia disp. 40 et 41, P. Lessius de auxiliis cap. 15 nº 3°, P.

V. g. Vasquez 1a 2ae disp. 185a, Pater Valentia 1a 2ae disp. 8a puncto 3o, P. Arriaga Primasso disp. 10a, 10 27o, et alii quam plures nostrae societatis DD., quos ipse retulimus ibidem.

Quapropter notandum est haec duo esse diversa et toto coelo differre: primum est: gratiam praevenientem esse causam physice efficientem determinationis, et operationis nostri arbitrii, sive facientem efficientia physica, quod arbitrium videret: 2um est: gratiam praevenientem esse causam determinantem arbitrium, sive causam efficientem actionis arbitrii, ipsum volitando: 1um libenter damus: 2um petenter inficiamur: nam habitus infusus, et illustratio, inspirationesque indifferentes, efficientia physice influentes sunt, et carent 2o. Itaque in quaestione disputata inter Patres Dominicanos et nostros theologos, non est an gratia sit causa physica efficiens efficientia sua vera et physica, quod arbitrium videbet? Sed an sit causa physica efficiens per efficientiam intrinsece determinantem hominis arbitrium, et repugnantem negationi determinationis.

Colligo 3o non apte explicuisse punctum difficultatis magistrum Zumel dicentem disp. 5a de auxiliis sectione 1a conclusione 3a: quod vere Deus, non tantum moraliter, sed etiam efficienter et proprie promovat liberum hominis voluntatem, tamquam 1a causa, et non solum 1a in moralibus, sed etiam 1a in efficientibus proprie: idque ideo est, in quo authores, cum quibus disputamus, dissentiunt a nobis; non bene tradit Zumel illorum articulus: nos enim non negamus, quod a nobis vult extorquere: nam libenter fatemur, et defensamus Deum esse causam 1am, non solum in moralibus, sed etiam in efficientibus proprie: sic quidem Deus a nobis dicitur, et asseritur causa 1a physice et proprie efficiens consensus salutaris, et physice promovens voluntatem nostram ad consensum; quod Deus physice producit gratiam praevenientem, quae physica sua entitate movet antea; ac proinde promovet nostram voluntatem ad consensum: quod affirmamus convenire auxilio efficaci, et etiam sufficienti, generaliter loquendo omnes authores nostrae scholae, qui in di-

indicantes eq conveniente gaudere virtute physica efficiente consensus. Unde infertur, quod quamque discriminamus a Banesiis in eo, quod negamus auxilium gratiae efficax physice praemovens voluntatem et intrinsece connexum cum consensu, et intrinsece inseparabile ab illo, et intrinsece praedeterminans voluntatem ad ipsum, et intrinsece resonans consensum. Quapropter auxilium efficax ut admittunt omnes scholae Dominicanorum, non solum est praemo, atque physica praedeterminatio voluntatis humanae.

Colligo 4.º Dispositionem quae prima de auxilio debet ante concipere, loquendo de gratia intrinsece efficaci cum doctrina de praedefinitione Dei efficaci, existimantes eandem utriusque rationem, et idem auctores dividi-
tur. Nos discretio diversissimae: quidquid sit: an ratio eadem sit. Nos plures Societatis Doctores negant gratiam congruentem intrinsece efficacem, non praedefinitionem Dei intrinsece efficacem: caeterum plures defendunt ponere cum sua conditionata dari praedefinitionem Dei intrinseca efficacem ad actus liberos nostrae voluntatis: et simul negant auxilia intrinsece efficacia: quidquid sit de ratione, quae solet obiici ab efficacia intrinseca praedefinitionis Dei ad efficaciam intrinsecam auxilii gratiae.

Colligo 5.º Albarez etiam fuisse insigniter deceptum, dum libro 4.º responsionum cap.te 3.º num. 14.º asserit, loquendo de ratione: an efficacia gratiae sit a libero arbitrio prius nostra operante, quam a gratia? haec enim est insignis calumnia. Nullus enim noster Doctor expresse docent omnem liberum arbitrium non agere consensum salutarem prius natura, quam Deus, sed simul cum gratia, et cum Deo.

Colligo inde 6.º non esse quaestionem ut false nobis imponit Zumel: an efficacia gratiae sit a libero arbitrio operante viribus naturae, seorsum a gratia. Nullus enim noster Doctor expresse docent liberum arbitrium non agere consensum salutarem solis naturae viribus; at illum agere viribus naturae indivisibiliter coniunctis cum viribus gratiae.

Colligo 7.º perperam propositionem quae A Ripoli, dum libro

2o. q. 1a § nq adversarii, ita fatur: auxilia efficacia sit ab
arbitrio vel tecum gratia. nq nisi Doctores non assensum efficaciam gratiae
convenire adequate a consensu arbitrii elicito per gratiam, et tamen in-
adequate. Ceterum docent efficaciam gratiae desumi partim ex principiis
motivis internis gratiae, compossibilis cum consensu, et cum dissensu; et par-
tim ex ipso consensu, vel ex aliud extrinseco connexo consensu, ita, ut vir-
tus intrinseca gratiae movens, et impellens voluntatem determinat
inadequate, et simul cum consensu, vel alio extrinseco connexo
cum consensu faciat efficaciam gratiae.

Colligo 8o non esse principium praesentis disputationis
punctum: an auxilium efficax consistat in qualitate non vitali, seu emo-
tione dicta ab illustratione intellectus, et inspiratione voluntatis: cum non nulli
ex nostris theologis credunt: nam licet auxilium efficax credatur indistinctum ab
illustratione intellectus et inspiratione voluntatis, remanet tota dissensio inter
Doctores Dominicanos, et nostros, cum illi adstruent efficaciam et praedeterminationem auxilii
cum consensu liberae voluntatis intrinsece esse in entitate gratiae praevenientis.
Ceterum referent ad principium disputationis quod gratia praeveniens sit qualita-
tas aut vitalis, aut non vitalis, absoluta difficultas ita est in eo,
quod gratia praeveniens dicatur, ab adversariis ex intrinseca sua enti-
tate praedeterminans voluntatem, et connexa intrinsece cum consensu. Unde
licet ipsi plures ex adversariis consentiant cum nostris, distinguant
gratiam efficacem in actibus intellectus et voluntatis; nihilominus no-
bis in principio disputationis puncto adversantur, et firmis praedeter-
minationibus adhaerent; quod docent entitatem gratiae esse intrinsece efficacem,
et inseparabilem a consensu, et repugnantem dissensui.

Colligo 9o ex Pater
libro 1o de auxiliis cap. 19 num. 1o et libro 4o cap. 2o num. intelligere
quibusdam ait, hic disputari: an posito auxilio efficaci, sit consensus
in nostra libera potestate. Unde ipse inferent, hanc disputationem potius esse de

dedit, Vite, quae Xre. gratis, congrue Baronius; nec illos Cha-
tholice intelleximus, posito auxilio efficaci [illegible] manere liber-
um consensum; [illegible] adhuc potest dubitari: an, ut, posito auxilio
efficaci, maneat liber consensus, requiratur, quod auxilium efficax
sit extrinsecum [illegible] entitate connexum cum consensu; vel potius, quod
sit inconnexum, et compossibile dissensui. Et cum primum asserant Domi-
nicani, et alterum [illegible] plures Iesuitae, utrique dicunt, non de vocibus,
sed de re inter se digladiantur. Unde etiam relegandus est Ioannes
Caramuel, qui in theologia fundamentali cap. 1. fundam. 10 tradit
hanc controversiam esse merum glossomachiam, et verborum pugnam: nam præ-
ter [illegible] acutissimus [illegible] non omnia, neque nimia
audacia disputavit bene intellexit, et [illegible] auxilium efficacis [illegible]
tus ignarus fuit.

Colligo 10.° decipi Doctores Capucinos asserentes
totam hanc controversiam de medio tolli, negato immediato concursu Dei
in consensu, quem ipse Durandus negat. Ratio est, quia non ideo debet
admitti concursus quo in consensu salutari, ut evitemus Pelagianismum;
et concursus arbitrii liberi, ut evitemus Calvinismum, etiam cum
concurrat immediate intrinsecus consensu salutari: quod etiam non admisso hoc Dei
immediato concursu, manet controversia pro viribus: aut ut gratia praeveniens, et
movens voluntatem huius ad suum exhibendum concursum, connectatur, ita
intrinsece cum consensu, ut repugnet dissensui. Quare non sit controversia de
componendo concursu Dei immediato, sed de ipsius concursu medi-
ato [illegible] ergo efficacis componendo cum concursu liberi arbitrii; manet
integra difficultas, licet excludatur concursus immediatus Dei in consensu
salutari. Sectio 3a an praesens controversia sit controversia Augustini cum Pela-
gio. Subsectio 1a controversia Dominicanorum cum Iesuitis longe distat
a controversia Augustini cum Pelagio.

Sectio III.a

An praesens controversia sit controversia Augustini cum Pelagio.

Subsectio I.a

Controversia Dominicanorum cum Iesuitis longe distat a controversia Augustini cum Pelagio.

Inter iniurias, quibus illi afficiebant se-
ctatores Divi Augustini hec una ceteris crudelior, sepius iterata, doctis
sapientissimus auctor ferebat: quod sit tanquam hereticus a hereticis
accusaretur: et nec silentio praeterit, quo sensu impudentes calumni-
his verbis compescuit: nobis tam manibus venenum antiqui
serpentis ingessit, ut et Catholicos horrore manichei nominis infame-
tis. Iesuitica schola de eo maxime gloriatur, quod in iis de gratia
et libero arbitrio dispositionibus non tam neque quamdiu Augustini doctrinam defen-
dat; et ita illos audiat Magistros, ut ab eius doctrina nec vel la-
tus unquam recedat. Unde et illud etiam nobis gloriosum est, quod Divo Augustino
in sua doctrina, et etiam iniuriarum societate coniungamur. Et hoc
sit nobis cum nostro magistro Augustino commune, quod ab hereticis, et adversa-
riis inter hereticos numeremur. Ut amplius sanctissimum Doctorem
imitemur, nostras iniurias patienter ferentes, impudentiam infa-
mandi doctrinam Augustini, sicut et Divi Thomae, quam de-
fendimus, nullatenus tolerare.

Plures heretici Iesuiticas contra decreta
cacia auxilii, quae tot probris onerant, et tot dictionibus alterant +
eius plausum in illa effundunt, ut videant, potiores et validiores
impugnationes in dictis, et probis Christianae, neque actus eadem physica
praemotae, si libertas ponatur in indifferentia voluntatis ad utrumque extremum;
et dicendo auxilii efficacis, et nec libertatis contra rationem medii consula-
tur; attamen inter omnia dicta illud altius est, quod Iesuitica de efficacia
auxilii contra Pelagianismum notent. Ita Guillelmus Gibieuf, qui
Jansenio longe longe praeditus, usque strinxit in libro de nova libertatis
notione: ubi nostros contra vocat latibulus Pelagianae haeresis, et Martinus
Kemnitius inter primos Lutheranae divisiones insignis, et Petrus
Ferrius etiam Calvinista, et Metensis minister tractatum Iesuitarum

heretici, qui non admittunt quidem aliquas, sed voluntas necessitat, et Guylielmus Amesius Calvinista Ulardony + theologaster tomo 4. Bellarmini enervati lib. 3 cap. 3 thes. 5a, et alii eiusdem furfuris.

Et quod magis mirandum est, non desunt viri Catholici et docti Dominicani, qui dicant doctrinam Jesuitarum cum Dominicanis esse omnino eandem cum ea, quam rectat tota Ecclesia duce Augustino contra Pelagianos, et Semipelagianos. Illa Alvarez de auxiliis disputatione 99 numero 10 Zumel de auxiliis divinis 4a rectione 2a controversia 1a Nabarrete tomo 2o controversia 2a §. 3o Gonzalez 1a parte disputatione 68a numero 4o Gonet de scientia Dei disputatione 6a articulo 4, et omnes RR. Dominicani iudicant enim praedictos hereticos admisisse gratiam internam, quae praestat arbitrio nostro posse, et quam nos concedimus: et solo negavisse gratiam physice praedeterminantem illam dictam, et adiuvantem actu arbitrium, faciente quod ut arbitrium operetur: quam quidem ab illis extorquere conabatur divus Augustinus.

Ego post multos qui Jesuiticam scholam ab hac calumnia immunem esse demonstrarunt, pluribus inter Pelagianos, sive Semipelagianos, et nostros designatis usque ad eundem discriminibus, eandem rem, a qua iam excidisse videbantur adversarii, pro mea tenuitate promovere conabor contra RR. Dominicanos idem repetentes, et relegabo invidiam nostram ex Pelagianismo conflatam. Itaque assero praerogativam doctrinam RR. Dominicanorum cum Jesuitis longissime distare a doctrina Augustini cum Pelagianis. Ut vero videant in certamine litterario, lectores Bellarministas ab adversariis servari, et non solum argumentorum robore, tam arte, cum dialecticis atrocissime pugnari; nihilominus omnino reverebor censuras, et dialecticas solas fortiori rationes validissimas in medium afferam quas pro sola Veritate in certamen descendo.

Pelagius, praeter donum creationis, doc-
trinae, et legis, auxiliaque naturalia interna, quae ex dono creationis, doctrinae, et legis externae naturaliter oriebantur, nullum aliud gratiae internae supernaturalis, et a Deo infusae necessarium esse iudicabat, et liberum hominis arbitrium posse credere, et diligere Deum, tentationes superare, et legis observare posse quae ad salutem, sed solis viribus naturalibus ad [illegible] salutares actus arbitrium suum sufficere credebat. Ex[illegible] de duo inferebat Pelagius 1o gratiam Dei esse a dono creationis distinctam, non ad posse simpliciter, sed vero ad facilius posse agere, et conducere: 2o nos solis suis viribus naturalibus posse mereri tamen gratias auxiliantes, quae sufficientes. Pelagius deinde gratiam creationis, legis, et doctrinae externae, et evangelicae exemplorum Christi, et remissionem peccatorum [illegible] obtendi circa 1am dissertationem 1a sectione 1a, et [illegible] admisisse gratias internas [illegible] in cogitationibus, et affectionibus internis [illegible] demonstravi dissertatione 2a sectione 3a. praeter has gratias nullum aliud admisisse internum super[naturali]s, a Deo infusum, et necessarium ad actus salutares pro evidenter.

Primo ex verbis, quae Pelagius suae doctrinae proponebat apud divum Augustinum lib. de gratia Christi cap. 4: ipsa, ait Augustinus, eius Pelagii verba accipite: nos, inquit, sic tria ista distinguimus: 1o loco posse statuimus: 2o velle: 3o esse: posse in natura, velle in arbitrio, esse in effectu collocamus. Infra vero quaestionem in hunc modum absolvit: non de velle, nec de esse, sed tantummodo de eo, quod potest esse disseritur. En Pelagius neque esse et [illegible] mendatium a divo Aug. asserit, dicens quae illi [illegible] Barbilias, non esse de velle, nec de esse, sed 2m de solo posse: quod quidem posse [illegible] posit in [illegible]: Et addit [illegible] solo posse dici donatum a Deo: quia Deus liberaliter [illegible] naturae est: [illegible] praeter dictas gratias, nullas

aliq interius adjuvaj, et a Deo infusaj, et nasiq ua' posse simplr citra ea actus auxiliares excludebat.

Secundo, idem Aug. loquens libro de nat. et gra. cap. te 7o de possibilitate n. peccandi sine gra., quam Pelagius defendebat n. neg., ait: nos, inquit Pelagius, de sola possibilitate tractamus, de qua nisi quid certum constiterit, transgredi ad aliud gravissimum et perexlemordinary ducimus. Idq iterato, repeto: ego dico, posse esse hoiem sine peccato; n. dico hoiem sine peccato esse: de posse et n. posse; n. de esse, et n. esse contendimus. Potuit Pelagius clarius suaj opinio Aug. declaratam explicare. Et sane eodem mo sentiebat Pelagius de poa agendi actus salutares sine gra., ac de poa n. peccandi, ut tradit Dnus Aug. de gra. Xpi cap. te 3o: q. contro. dit inter Augnum et Pelagio erat de solo posse procedenti ab eo solo effectu: qa quia posse absq dubio ad sufficiensq., et n. ad efficaciaj attinet.

3o Idem Aug. de na. et gra. cap. te 28 et 29, ait: vult Pelagius ad hoc esse auxiliu, ut facilius fiat p. gra., qd etsi minus facile tn pot fieri p. naturaj: ut qd p. liberum, inquit, hoes facere iuventi arbitriu, facilius possint implere p. gra. En eo mente Augni Pelagium admittebat grauj n. ad potestatj simpliciter, sed ad solaj facilitatj agendi. Quapropter subiungit Augus: Tolle facilius, et n. solu nus vera etiam sanus est sensus, si ita dicatur, ut qd p. liberum facere hoes iuventur arbitriu, possint implere p. graj. Cu n. a facilius additur adimpletio boni operis etiam sine Dei gra. posse fieri tacita significatione suggeritur. Quis sensus redarguit, qui dicit, sine me nihil potestis facere. Hactenus Aug. Vos deprecor, auditores mei, ut hec verba Aug. ni attente meditemini, et prorsus inane esse perspiciet Dnorum oppositoru eorum iudicium, qui Dnos asserunt, Pelagium admitteret

naria infusa a Deo ad potestatem simpliciter; Et docentes Aug.
cum Pelagio non fuisse de potestate simpliciter, et gratia sufficiente, de le
gratia efficaci.

Quarto contra Aug. lib. de natura et gratia cap. 44 sugens Pe-
lagio mentem refert hys verbis. Veniamus interim ad ea, quae in hac
quaestione quae est vel sola, vel praecipua cum ipsis habemus. Et enim ipse (
inquit Pelagius) dicit, ad quod nunc agit, non pertinere, utrum fuerint, vel
fuerint, vel sint aliqui homines in hac vita sine peccato; sed utrum esse
potuerint, sive possint; ita ego etiam, si fuisse, esse concederem, nullo
modo tamen potuisse, vel posse confirmo, nisi per gratiam Dei per Jesum Christum Dominum
nostrum. En hanc divus Augustinus, quam Pelagius eliminant a cer-
tamine, quod interesse ineunt quae de auxilio efficaci, quo liberum ar-
bitrium recte operatur, et sine peccato: Et rursus quae tractantes de
sufficientia, qua homo habet potestatem simpliciter ad id facien-
dum, et dissimulant: an homo habeat eam potestatem simpliciter per gratiam,
an per solam naturam; deinde arguit Aug. eum Pelagium di-
cens, praeterquam hoc est; quod quaeri movet; hoc est quod volumus, quod non
sit Dei gratia

quod non per Dei gratiam homines
posse esse sine peccato defendit. Quid clarius fieri totam hanc cum
Pelagio contentionem movere dicit Aug. quod Pelagius natura-
bat sine gratia Dei; quamvis ipse Pelagius non velit agno-
scere dicere.

Gratiae igitur Pelagius pro summis viribus posse tri-
buebat Dei gratiae hys verbis. Et id posse non defensare sine
Dei gratia, et Deo omnino id debere reposuit: Sed Aug.
non dissimulans dolos Pelagii, quos ex aliis sequentibus ejus
verbis colligit, in hunc modum. Si nesciremus, quae sequuntur,

licet interno auxilio; atq nos de illis iachante fama credidisse
deberemus; qd enim criminis dicit potuit et velle, qua potesta-
te non peccandi non nisi Deo debere reputari? hoc et nos di-
cimus. Superamus minus. en in quo sita est contentio Augustini
cum Pelagio, ut Pelagius deferat gratiae Dei potestatem.

Absolutam,
non est contentio; quia a capite 45 usque ad 51 ostendit Augus-
tinus Pelagium subdole nomen gratiae obtrudere iterum solummodo
eo, qd eius creatio gratiosa fuerit: ipsa, inquit Pelagius decla-
ratus apud Divum Augustinum cap. 51, non peccandi potestas
in natura necessitate est; quidquid in natura necessitate est ad naturae per-
tinere non dubitatur auctorem: quomodo ergo absque Dei gratia dicitur
existimatur, qd ad Deum proprie pertinere monstratur? in
quibus verbis additus ... se penetrare dolus Pelagii, ex-
pressa, inquit, est res, quae latebat; non est quomodo possit abscon-
di, ideo Dei gratiae tribuit non peccandi potestatem, quia naturae
Deus auctor est, cui potestas non peccandi inseparabiliter in-
haerere dicitur. Et inde cum Pelagio reipsa nullus alius gratiae ad
...tere simpliciter admitteret, nisi naturae gratiae a Deo creatae;
urgebatur Augustinus et tribulo conabatur extorquere naturae alias
praeter internas supernaturales, et nos gratiae additae a Deo, ut sal-
vatore, et non ut creatore. ad praedictam potestatem, ut eam admissa
...io solveret contentio. ita fatur Augustinus cap. 52. si opus
est salvatore, quo institutae naturae creatore, eaque me-
dicina, qua Verbum Caro factum est, si opus esse fateamur,
tota interna quaestionis contentio dissoluta est. Alia de hoc
Pelagii dolo testimonia Augustini dedimus contra ... ...
... disertatione 1a sectione 1a.

Quinto ostendo ex aliis

Patribus, vtq. Viros Catholicos cum Aug.º Pelagium n.
fuisse de gra. efficaci, et de sufficiente, et de gra. supernaturali ordi-
nata ad posse simpliciter, nec absolutum. Nq. PP. condem-
nabant Pelagium ex eo, q. admitteret suffcientiam, nec sine gra.
saluatoris ad actus salutares. 1º PP. Concilii Cartaginen-
sis ep. 90 apud Aug. dicunt. ad operandum, perficiendamq. iu-
stitiam, et Dei mandata implenda solum sibi hum. sufficere
n. posse negan. Et PP. Concilii Mileuitani ep. 92 apud
ipsum. posse hoc in hac vita perfecti Dei p. ad perfectionem
iustitiae sine adiutorio gr. Saluatoris, q. solum liberum ar-
bitrium peruenire. Elegant. Innocentius ep. 91. nos ex
nra. intota positae perfectum adiutorio n. indigere Dei, et
hoc s. nobis posse sufficere, q. liberum arbitrium cum nasceremur
accepimus; qd dictum excludant tanquam hereticum. PP.
Cenomensis Concilii in sp falsise, ad vitam beatam comparandam mini-
me necessarium esse gra., et ad id sufficere liberum arbitrium, si mo adsit
Diuinae legis cognitio, tanquam hereticum excludunt. Plura huius-
modi testimonia dedimus lib. 1º disputat. 1ª sectione 1ª et 2ª
et 3ª.

Sexto ostendo ex testimoniis Sacrae Scripturae, q. Concilia et PP. vtuntur ad damnandum Pelagium: nq. Sacrae
Scripturae testimonia solum sufficientiam perfectam et praecindentem
ab efficacia persuadent. Talia illud Apli. 2º ad Corinthios
Cap. 3º non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis
quasi ex nobis, et sufficientia nra. ex Deo est. Et illud
Joannis Cap. 15º sine me nihil potestis facere. Et Conci-
lium Arausicanum, Mileuitanum, et Tridentinum so definiunt aduer-

au Pelagius nam sine gratia Christi, non esse sufficientem, non posse, nisi aliquid salutare cogitare, velle, aut agere; et gratiam Christi esse necessariam, non solum ad facile, scilicet ad simpliciter posse.

Sanctique vero Ecclesiae Patres, Hieronymus, Prosper, Hilarius, Fulgentius, et omnes Doctores Scholastici, ... defensores ... qui huius ... mentionem fecerunt, et pugnaverunt contra Pelagium, totum ... revocant ad solam gratiam Dei necessariam, ad posse liberi arbitrii; non in eius efficaciam praedicantes; et conantur statuere ... ... damnantes Pelagianam ... sine gratia.

Quapropter Augustinus contra Pelagium contendebat praeter legem, doctrinam externam, etiam Evangelicam, et auxilia interna praedictis donis naturalibus ... annexa, requiri aliquam internam gratiam supernaturalem, et a Deo infusam, ad omnes actus salutares; et hanc gratiam Spiritus Sancti per Christum Dominum, et a dono creatam, et alio quovis auxilio naturali distinctam esse necessariam, non solum ad facile, sed etiam ad posse simpliciter: ac proinde liberum hominis arbitrium solis suis viribus, sine ista gratia, non posse mereri ... auxiliantis, nec sufficientis, quae omnia nos, et et adversarii ... ... dogmata sancta et Catholica ... ... amplectimur.

Ex quo manifeste colligitur nostrum ... Dominicanorum ... esse ... a ... Augustini. cum Pelagio: nam Augustinus cum Pelagio disputabat de auxilio sufficienti ut praecindente ab efficaci, et mere sufficienti ... ... notandum, auxilium sufficiens dupliciter usurpatur: 1°, ut opponitur insufficienti, et impotenti: et in hoc sensu ...

sufficiens, quatenus importat potestatem ad agendum, prescindentem tam a dissensu, quam a negatione dissensus: nam cum arbitrium libere actu operatur, est sufficiens operari. 2°, ut opponitur efficaci, et aliud nihil est sufficientia dicens cum negatione dissensus: itaque dispositio erat in 1° illo sensu, non in hoc 2°: accedendo punctum controversiae praecipuum erat; an sufficientia ad actus salutares consistebat in viribus naturalibus absolute consideratis, naturalibus, lege, et doctrina externa, variisque casibus naturaliter occurrentibus, connaturaliter annexis; vel an, et in dono ab his omnibus diverso a Deo nobis gratis infuso, et supernaturali, ac supra omnes exigentias naturales: in quo dubio: 1° asserebat Pelagius: 2° Divus Augustinus. Dissensio a Jesuitis cum Dominicanis non est circa sufficientiam: nam cum conveniant utrique, utrique concedimus talem sufficientiam ex solis viribus gratiae intrinsecae supernaturalibus convenire libero hominis arbitrio; et est solum de efficacia gratiae: sit an ea sit extrinseca, vel intrinseca, et entitate adaequate, et physice praedeterminans voluntatem. Quae quidem controversiae toto caelo inter se distant, ut ex dictis luce meridiana clarius apparet. Et Semipelagiani dissentirent a Pelagio in eo, quod indicarent perfectionem, et augmentum iustificationis in adultis ex solis gratiae viribus posse obtineri, cum illo conveniebant in eo, quod initium salutis per vires naturae posse acquirere crederent.

Pro.

Si 1° una controversia ab alia valde differt. Valde distat controversia de efficacia gratiae a controversia de sufficientia ad actus salutares; atqui controversia Augustini cum Pelagio fuit de sufficientia ad actus salutares: et controversia Dominicanorum cum Jesuitis est de efficacia gratiae: ergo controversia Dominicanorum cum Jesuitis valde distat a controversia Augustini cum Pelagio. Maiorem statuunt, et defendunt adversarii: nam indicarunt auxilium sufficiens esse realiter diversum ab auxilio efficaci: ac consequenter debent fateri controversiam circa utrumque alienissimam

alienissimus à Doctrina Dicali. Minor dist. quoad 1am partem multis hic demonstrata fuit; et quoad 2am ex dictis, et ex dicendis adeo perspicua est, ut absque summa ignorantia, vel summa iniquitate possit in dubium vocari. Conc. v. legitima.

Probo 2o. Sententia, quae cedit Augustino, quod illi repugnabat Pelagius, ut constat ex dictis: et sententia, quae cedit Augustino, quod illi repugnabat Pelagius, nullo modo opponitur Augustino ut inimico Pelagii: ergo sententia Jesuitica nullo modo opponitur Augustino ut inimico Pelagii: ergo sententia Jesuitica nullo modo est Pelagiana. Et haec ultima conclusio: quia sententia Pelagiana opponebatur Augustino ut sententia Jesuitica nullo modo opponitur Augustino ut inimico Pelagii; imo absolute nullo modo opponitur Augustino: ergo sententia Jesuitica nullo modo est Pelagiana: ergo dissensio scholae Jesuiticae cum Dominicana nullo modo est dissensio scholae Pelagianae cum Augustiniana. Probo hanc cons. Ut dissensio scholae Jesuiticae cum Dominicana foret aliquo modo dissensio scholae Pelagianae cum Augustiniana, deberet sententia Jesuitica in aliquo, in quo sententia Pelagiana opponeretur Augustinianae, convenire cum illo, et ipsi opponi Augustinianae scholae: et sententia Jesuitica in nullo, in quo sententia Pelagiana opponatur Augustinianae, convenit cum illa, et in nullo opponitur scholae Augustinianae: ergo dissensio scholae Jesuiticae cum Dominicana nullo modo est dissensio scholae Pelagianae cum Augustiniana. Subsectio 2a iacula adversariorum exarmantur et retunduntur.

Subsectio IIa.

Iacula adversariorum exarmantur et retunduntur.

Opponunt adversarii 1o

Pelagius dicebat gratiam internam moraliter solum moventem, et iuvantem voluntatem, qualis est ea, quam Jesuitae admittunt; et Aug. praeter hanc gratiam internam moraliter solum moventem, et iuvantem voluntatem, consistentemque in quibusdam internis excitationibus, et suasionibus moralibus, aliam gratiam requirebat a Pelagio: quam ab illo negabat gratiam physice praemoventem, et praedeterminantem; ac consequenter eadem erat tunc disputatio Augustini cum Pelagio, ac nunc est contentio Dominicanorum cum Jesuitis. Probatur maior. Nam Pelagius apud Divum Augustinum de gratia Christi cap. 7° dicebat: adiuvat nos Deus, dum cordis nostri oculos aperit, etc. (haec Pelagii verba, quae de-[illegible] 1a dissertat. 3° sect. 3a § hanc fuisse Pelagii et alia huiusmodi, quae habentur apud Divum Aug. cap. 10 et cap. 38) 1° et 3°.

Mixor Gonet post tot evidentes solutiones huic argumento exhibitas, adhuc illud reproducere tomo 4° disp. 1a articulo 3. Resp. 1° concedendo Pelagium admisisse illas internas excitationes et suasiones morales, quas nos etiam praeter internam supponebat; ut nos ipsi probavimus ibi sup; negando vero nos ab illo non differre in admittenda gratia interna excitante et suadente moraliter. Ubi enim nos cum Divo Aug. quoad duo specialissima capita a Pelagio discordamus: 1° est: Pelagius docebat eam gratiam esse intrinsece naturalem, ministerio legis, doctrinae, et revelationis externae, et variis casuum naturalium occursu naturaliter ortam, ut post relata praedicta Pelagii verba pulchre adnotat Divus Aug. eodem cap. 7°. in his omnibus non recessit a lege, atque doctrina, hanc esse adiuvantem gratiam diligenter inculcans. Quid clarius. Et cap. 9° ait: latere se putat, dum aliis, atque aliis verbis versat significationem legis atque doctrinae. Et cap. 10°. quid manifestius nihil aliud eum dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur velle, quam legem atque

doctrinae in lege nostra et doctrina sanctarum Scripturarum, futurorum Deorum, atque omnium promittitur magnitudo: ad doctrinam pertinet etiam quod Sapientiae revellatur: ad doctrinam etiam pertinet cum suadetur, vel quod verborum est. Ubi non possumus notare Donatum, quem litteris maius in illis ... Jesuitae illa verba Augustini: gratiam caelestis illuminationis exarata promiserat numero 18, paucis interiectis lineis, sit numero 1° ~~et~~ hoc eodem Augustini testimonio ad probandum Pelagium a commentatione ipsius, et doctrinae non recessisse.

Insuper Divus Augustinus, Capite 41 ait: nusquam recedit ab illa verborum ambiguitate, qua discipulis suis posuit ex generosa stauri, quam credant in lege atque doctrina. At 2° nos cum Divo Augustino collocamus gratiam internam in Caritate et suavitate intrinseca supernali, nobis infusa, non ministerio carnis nostrae; et vero per ministerium: audi Divum Augustinum ... nobis loquentem Capite 13°: Si gratia doctrina dicendae, certe ita intelligatur, ut apertius et internius credatur Spiritus Sanctus illam infundere, non solum per eos, qui plantant et rigant extrinsecus, sed etiam per se ipsum, qui incrementum ministrat occultus.

Secundum est. Pelagius Docebat tamen illam gratiam internam adiuvantem solum ad facilius posse, ut Dictatum dentur ex dictis: nos vero cum Augustino dicimus gratiam internam a Deo infundentem et supernalem requiri ad simpliciter posse. Ex quantum discordent Jesuitae cum Augustino a Pelagio. Unde in summa nostra est mala: Et ergo gratia interna, quam admittebat Pelagius, non est similis illi, quam nos cum Augustino admittimus: Et ideo a Pelagio illam solum Docente negabat Divus Augustinus, hanc Augustinianam et nostram non vero gratiam physice praedeterminantem, ut contendunt Dominicani.

Opponunt 1°. Pelagius ideo Augustinianus,

et Catholica quam respuebat, quia indicabat illa tolli liberi ar-
bitrii libertatem: dicendum ante eum Pelagianum apud Divum Hieron-
ymum est ad Ctesiphontem: non est liberum arbitrium si Dei indi-
get auxilio. et non potest indicare Pelagius tolli liberi arbitrii
libertatem per gratiam de se possibilem cum dissensu: quia sic respuebat gratiam,
intrinsece [illegible] possibilem cum dissensu, et sola physica predeterminatio est intrinsece
incompossibilis cum dissensu: quia solum respuebat physicam predeterminationem: quia gratia
Augustiniana et Catholica, quam respuebat Pelagius, est physica
predeterminatio.

Respondeo 1º. Concessa majori, nego minorem. Etenim au-
xilium gratiae dupliciter dici potest prout pendet a nostra libertate: 1º quod auxilium
gratiae requisitum ad operandum non sit in potestate voluntatis humanae et de-
pendeat a libera voluntate Dei potentis pro suo libitu illud negare
et quamvis hoc dicitur non esse in nostra potestate libera suscitare
mortuos, prophetare, miracula patrare, et alia hujusmodi quia ad
hec opera requiruntur gratiae Dei gratis datae, et ista non sit in nostra
potestate, et a gratuita Dei voluntate potentis illas concedere vel
negare dependeat, ideo dicitur non esse in nostra libera potestate
ea miracula patrare; sed adhuc si Deo nobis ea gratia concessa,
possumus per nostra libertate ea miracula patrare vel non patrare.
2º est quod auxilium a Deo nobis infusum tale sit ex sua intrinseca
entitate, ut cum illo nequeat dari negatio dissensus. Ex hoc 2º
casu quod amplectitur cum Dominicanis, infert Calvinus per gratiam
intrinsece efficacem tolli libertatem: et ex 1º, inferebat Pelagius
per gratiam internam supernaturalem a solo Deo gratis infusam, quam doce-
bat Augustinus, destrui humani arbitrii libertatem. Etenim Pelagius
nunquam dixit per gratiam Augustinianam destrui libertatem ex eo,
quod auxilium gratiae, quod statuebat Augustinus, tale esset intrinsece, ut semel

positus in voluntate humana ex determinatione sua arbitrii repugnaret.
Adversus, [illegible] ex eo [illegible] illud auxilium libertatis, quod
adstruebat simpliciter necessarium ad actus salutares; et non cre-
debat naturaliter debitum [illegible] et non dependens a praedestinatione vo-
luntate Dei illud quod suo nutu largientis [illegible].

Jansenio-
lius approbat, et ingeniose illustrat Stapaldarius. Quod ecclesiae Doctores,
ut hanc Pelagii doctrinam [illegible] enervarent, conantur ob-
tendere gratiam Dei, etsi requisitam et indebitam, nihilominus esse
sic semper a Deo praeparatam et convenientem arbitrii humani, ut
numquam ipsum arbitrium possit conqueri de defectu gratiae, nec valu-
ere causari gratiam, quod ipsum non excitaret ad actus salutares, audia-
mus per omnes Dilly Cenomanense decreto 15º: quod quidem per
stabilitam necessitatem gratiae ad salutariter operandum praeoccupat ob-
jectionem Pelagii inferentis. Explicat intellectum horum verborum:
neque tamen tanta gratiae necessitas libero praejudicat arbitrio,
cum illa semper sit in praesentia, nec momentum quidem praetereat
in quo Deus non stet ad ostium, et pulset: cui si quis asse-
nserit, intrabit ad illum. En Dilly satis perspicue notat,
haereticum ex necessitate gratiae inferre praejudicium fieri libertati
humanae: hanc vero nullam esse, quod ostendit ex eo, quod gratia, licet sit
necessaria, semper tamen sit ad hominem, et a Deo nobis praeparata:
Et ideo ponat absolute in nostra potestate salutares operas: quam
doctrinam etiam nos libenter amplectimur; et illa solu-
tum iri argumentum Pelagii indicamus.

Secundo omittamus Pela-
gium distinxisse gratiam sufficientem, quae tribuat posse simpliciter;
et certum adhuc requirere a Pelagio gratiam efficacem, quae tribuat
operari, et sit speciale Dei beneficium, quo acquirendo

diversas gratias efficaces, et ipso eo obtento Deo gratias refe-re; quae doctrina est Catholica et admittimus. Hoc tamen omisso, adhuc nulla apparet ratio, quare debent adversarii Pelagium intulisse destructionem libertatis ex gratia efficaci ex 2o capite supra assignato: nam Augustinus non meminit gratiae intrinsece efficacis, et physice praedeterminantis: nec Pelagius indicavit gratiam quam ab Augustino asseri esse hoc destitutam inimicam liberta-tis.

Ratio est. Quia si de hoc titulo excluderet Pelagius gratiam efficacem, quam admittebat divus Augustinus, etiam illam excluderet ad facultatem operandi; at illam non excludit ad facultatem operandi, prout constat ex dictis: ergo Pelagius non ideo excludebat gratiam efficacem, quam admittebat Augustinus, quia ex eo, quod poneret praedeterminationem physice, destrueret libertatem arbitrii. Probatur maior. Quia in sententia solita physice praedeterminatio et nostra libertate non fundatur illius necessitate ad inchoandum, vel perficiendum justificationem; at inexpugnabiliter, ut se habentis ex parte actus primi ad dissensum et dissensum; ac proinde sive praedeterminatio debeat semper necessario praecedere, sive non debeat, quoties praecedat, et deneget voluntati, destruit eius libertatem: et ideo sive necessaria, sive potius asserat, nequit consentire cum libertate: ergo gratia de qua Augustinus disputabat cum Pelagio, non erat physice praedeterminans, vel gratia demum ergo dicitur fuisse de gratia efficaci. Ergo Pelagius excludebat gratiam Augustinianam, ut inimicam libertatis suae; non quia asserebatur praedeterminans physice; sed quia asserebat necessaria; et non erat in nostra potestate eam acquirere.

Respondeo 1o ad quaestionem, omittendo Pelagium opponere divo Augustino etiam gratiam praecedentem ad dissensum absolute liberi arbitrii, non esse admittendam quod dis-

destruerent libertatem arbitrii, neque secundo hanc obiectionem fundam[ent]
lreo, quod tum admitteret gratiam intrinsece efficacem. Ratio a quo, quia contra
est ad componendum nostram libertatem cum infallibilitate operationis, qua gaudet
gratia efficax ut talis, patres recurrunt ad congruitatem extrinsecam ip-
sius gratiae, dispositam fallibiliter ex convenienti conditionatorum, quae subse-
quitur Deus nostra voluntas eliciturus, si in his circumstantiis gratia
vocata impulsaret. Quapropter ratio ultima Pelagii, haeraque
contra gratiam convenientem S. Augustini; gratia statuens negentes proveniat haec
solutio illius obiectionis ad emendum? Semipelagiani vero frequen-
tius utebantur illa obiectione contra propositam efficacem divinae praede-
stinationis convenientem etiam vera praedestinationi: et S. Augustinus ad
dissolvendam illud eludendam etiam recurrebat ad praescientiam Dei conditiona-
tam convenientem, ex qua tota eius efficacia et infallibilitas dimanat. Et
quidem si gratia conveniens foret intrinsece et ex sua entitate ef-
ficax inutiliter S. Augustinus ad eius efficaciam et infallibilitatem statuendam
recurreret ad congruitatem extrinsecam, et praescientiam Dei convenientem
conditionatam.

Opponunt 3o S. Augustinus epistola (o), et de gratia Christi
cap. 4 et 10 disputat de gratia efficaci ut distincta a sufficienti; si-
quidem agit de gratia, quae facit, ut actu velimus et agamus, a di-
visa non solum possibilitate, et actualem voluntatem, et actionem. Et cap. 42
de gratia Christi ita scribit: Pelagius confiteatur, non solum possibilitatem in nobis,
sed etiam ipsam voluntatem et actionem divinitus adiuvari; et sic adiuvari ut
sine illo adiutorio nihil bene velimus, et agamus: atque esse gratiam Dei
Christi, in qua nos, non nostra iustitia, iustos facit, ut ea sit vera
iustitia, quae nobis ab illo est: nihil de adiutorio gratiae Dei interno dicit,
reliquit nebulam. Quaestio Augustini cum Pelagio erat de gratia intrinsece efficaci
qua non solum possibilitas, at gratia nostra voluntati et actioni adiuvant. In effectu

Leo

1o nisi, [illegible], ut Aug. ostendat, postea venire, et gratia superius,
contendit esse gratiam solum in actu 2o efficacem, quae Deus facit ut ac-
cedamus et credamus, inspirans volitiones, et actiones, ut nos cum ipso
libenter credamus; nihilominus nullo modo ostendit, imo neque insinu-
are insinuat, illud auxilium debere esse prius praedeterminans, et in actu 1o efficax,
connexum cum consensu: et quidem adhuc omnia munera secundum [illegible] quae
accedunt per gratiam Divinam [illegible] sed auxilium ex se efficax, quod
nos adiuvamus: nam hoc auxilium, etsi cum eo [illegible] sit [illegible] cum di-
[illegible], nihilominus [illegible] movet nos [illegible], et [illegible]
[illegible] simultaneum illa, ut a Deo [illegible]
[illegible] auxilium daret: [illegible] cum Pelagio [illegible] non erat de gra-
tia in actu 1o efficaci, de qua [illegible] Dominicanorum cum Jesuitis.

Itaque quan-
do Pelagius videat, [illegible] concedere auxilium sufficiens, quatenus
[illegible] possibilitas, semper esse a Deo, imo et adiuvari, [illegible]
[illegible] auxilium: denique, ait Aug. de gratia Christi Cap. [illegible]
[illegible] Pelagii, gratiam Dei [illegible] quae [illegible] nostro
[illegible] est, id est, voluntas et actio; et illa, quae in potestate nostra
non est, et nobis ex Deo est, id est, possibilitas, per [illegible] adiuvari et
[illegible]. Nihilominus nec verum auxilium [illegible] supernale sufficiens, neque [illegible]
[illegible] et supernale adiuvans [illegible] possibilitas seu potentia
[illegible] in suo libro [illegible] collocabat: non [illegible] pri-
mum, ut [illegible]: id est, possibilitas, adeo [illegible] (sic
Pelagius) a creatore nostro, neque esse in nostra potestate, sed cum nolumus
etiam si nolumus. Adiuvari [illegible] auxilium [illegible]
[illegible], doctrina, exemplis Christi, et [illegible] cogitationibus, et affecti-
onibus [illegible] naturalibus [illegible]
[illegible] infensibus.

Quapropter Divus Aug. ostendebat [illegible]

extorquere a Pelagio gratiam supernaturalem, nam ut hic definivit, posset ad actus salutares: quae tamen sua viribus, et auxiliis naturalibus relicta sit insufficiens adponere, contendit Aug. a Pelagio esse addendam, et nam gratiam supernalem auxiliantem ad talem ponere, sive politam. Addit ipse eam gratiam supernalem esse nam, non solo ad ponere, ut nisi sine dolo, ut in notamus, concedit aliquando Pelagius, sed etiam ad voluntatem, sive velle, et ad actiones, sive operari: et quam gratia illa, quae facit hos volentes et operantes sit gratia efficax, saltem in actu 2o: ideo Divus Aug. dum principaliter contendit extorquere a Pelagio gratiam supernalem auxiliantem ad politam sive sufficientem in ordine ad volitiones et actiones, praepraedictam ulterius, et exigit consequenter gratiam efficacem, saltem in actu 2o; non vero perfecte gratiam in eminence efficacem.

